

ubi articulus latè discutitur, & contraria refelluntur Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. d. quæst. 3. n. 12, & post. tract. dec. 103, n. 1. Ratio subest optima; quia ad effectum consequendi legitimam 10 \* mors civilis idem operatur, quod mors naturalis nimirum translationem bonorum professi in Monasterium præsupposita semper ejus capacitate succedendi qua stante dubio procul filii legitimam consequuntur, nec ulterius alimenta prætendere valent, & hanc eamdem quæstionem nem reassumpti, & prout suprà determinavit Author in hoc tract. cap. 43, n. 16, & 17. cum ibi notatis.

Ususfructus ante Monacatum, seu emissam professionem relictus non extinguitur \*, sed debetur usque ad obitum naturalem, quando Monasterium est capax successionis bonorum Mastrill. decis. 153, n. 226. Donad. de renunciat. c. 215, Barbat. de divis. fruct. part. 2, cap. 1, n. 122, & faciunt tradita per Fulgin. de empht. tit. de success. in bon. empht. quæst. 14, n. 7, & per totam. 12 Idem quoque dicendum venit \* de usufructu, quem habet pater in bonis adventitiis filiorum jure patriæ potestatis qui per ingressum, & professionem in Religione ipsius patris non amittitur, ut post alios animadvertisit Author hic n. 15, & in controversiam revocat Barbat. de divis. fruct. part. 2, cap. 1, n. 123, & seq. ubi diversis relat. opinionibus ei tandem adhæret, quæ usufructum inter Monasterium, & filios dividendum determinat.

## CAPUT XI.

## SUMMARIUM.

- 1 Donatio absque insinuatione sustinetur usque ad quingentos solidos. Fallit in donatione jurata num. 2, & num. 3. Fallit ut num. 4, & num. 8, & num. 9, & num. 10, & num. 12, & num. 15, Coram judge in actis facta valet sine solemnitatibus n. 6. Non insinuata corruit tantum in excessu n. 13.
- 5 Juramentum plures sanat defectus.
- 7 Solidi quinquecentum quantam summam confituant quærunt DD.
- 11 Insinuatio non requiritur ob incertitudinem rei donatæ. Lapsu triginta annorum in donatione præsumitur intervenisse n. 14.

**H**odie ex postrema Justiniani constitutione donationes etiam non insinuatæ sustinentur, \* dummodo quingentos solidos non excedant. Mart. Medic. decis. Senen. nu. 1, Spad. cons. 144, nu. 5, lib. 1, & cons. 169, ntm. 5, lib. 3, Altograd. cons. 7, n. 1, & 30, lib. 1, Mart. cons. 150, n. 19, ubi etiam in donatione præsumpta requiri insinuationem. Jo. Baptista Silvatic. cons. 44, nu. 67, Treutler. cons. 3, nu. 61, & 142, & cons. 4, n. 44, Cyriac. controv. 10, nu. 72, & 74, ubi quod insinuatio requiratur etiam inter conjunctos Barbos. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 13, n. 22, Bim. cons. 303, n. 81, & 82, Guilhelm. Anch. de rescript. & morat. concl. 48, sub n. 139, l. 5, & dec. 461, n. 1, Georgius Mund. cons. 19, nu. 39, lib. 2, Buccafer. cons. 78, nu. 18, & cons. 110, n. 4, Jo. Franc. Andr. controv. 240, n. 22, Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, cap. 34, n. 16, Carol. Caruf. in sylv. termin. arb. 9, n. 3, & seq. Buratt. dec. 7, num. 5, Rot. dec. 34, num. 5, & dec. 58,

num. 48, & dec. 65, nu. 3, & dec. 118, num. 5, & dec. 259, nu. 3, part. 6, recent. & decif. 69, n. 14, part. 7, recent. Royas. dec. 304, num. 8, Rub. ad Rot. dec. 1, num. 16, in annot. part. 8, recent. & min. Bononien. dotis 28, Junii 1647, §. injustitia autem coram Meltio, & in Romana pecuniaria seu legati 11, Martii 1650, §. non obstat defectus coram Albergato.

In donatione tamen jurata deficiens insinuatio \* non consideratur, quia juramentum insinuationem supplet Thomat. dec. Macerat. 68, num. 45, Buccafer. d. cons. 110, nu. 16, ubi tamen requirit quod sit renunciatum insinuationi Giovagn. cons. 83, ex n. 29, ad 36, lib. 1, Joan. Franc. Andr. controv. 6, n. 37. Spad. cons. 235, nu. 9, & 10, lib. 2, ubi ampliat etiam si juramentum non fuerit appositum renunciationi insinuationis. Mart. Medic. dec. Senen. 29, nu. 2, Cyriac. controv. 10, num. 47, 79, & 97, qui contrarium ex aliis sustinere contendit, ego tamen vidi contra ipsum practicari, & quod clausula \* vim juramenti habens, defectum insinuationis supplet, & controv. 128, num. 99, & 100, Buratt. dec. 76, nu. 11, & seq. Ferentill. ad eundem Buratt. dec. 924, n. 18, Carol. Caruf. in sylv. term. arb. 9, n. 40. Olea de cess. jur. tit. 4, quæst. 3, num. 15, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, cap. 34, num. 46, & huic opinioni adhærendum quicquid in oppositum sustinere contendat Dexart. dec. 41, per totam. Larr. dec. 66, nu. 39, & alii plures eamdem sententiam profitentes, nam hodie præcedens sententia prævalet, & insinuatio per juramentum suppletur ex infinitis præter adductos longa serie cumulatos per Thomas. de tutor. & curator. tit. 19, nu. 1087, fol. 507, & num. 1975, fol. 637, Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 150, nu. 49, & de magis communi, & veriori testantur congesti per Rot. dec. 58, nu. 53, & seq. part. 6, & dec. 381, n. 23, p. 9, tom. 2, recent. & in Camerin. donationis 4, Maii 1640, §. neque obstat coram Pirovano, & hanc opinionem exornat, & amplectit Author hic n. 4.

Cæterum ubi vigent statuta disponentia quod in contractibus ultra juramentum intercedat insinuatio \* tunc juramentum & insinuatio copulativè requirerunt. Marescot. var. resolut. 27, n. 13, 14, & 15, lib. 2, ubi quando juramentum supplet plures defectus donationis Joan. Franc. Andr. controv. 6, num. 40, ubi quod ex amplitudine juramenti plures \* tolluntur defectus, & controv. 240, nu. 25, ubi quod juramentum plures regulariter non sanet defectus, Mart. Medic. dec. Senen. 29, nu. 3, & 6, ubi ob amplitudem jurisjurandi illud sanare plures defectus concludit, Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 150, n. 48. Rot. dec. 385, nu. 9, part. 2, recent. Beltram. ad Ludov. dec. 391, nu. 10, in fine, Ferentill. ad Buratt. dec. 47, num. 11, & dec. 924, n. 19, Rot. in Arimin. legatorum 29, Maii 1625, coram Manzanedo: & in Perusina hereditatis 10, Decembri 1628, coram Card. Virili: & in Romana dotis 20, Novembri 1630, coram Pirovano.

Sustineretur etiam donatio absque ulla prorsus aut alia solemnitate, \* si donatio coram competente judge in actis fieret. Ludov. dec. 391, n. 8, & latè prosequitur Rot. dec. 387, n. 63, & seq. part. 9, tom. 2, recent. Fenzon. ad Statut. Urb. cap. 150, n. 5.

Solidi quinque centum, intra quos donatio absque ulla insinuatione viribus sufficit, quantum hodie \* auri summam constituant, non ita planum videtur, cui quidem ambiguitati et occurrent

## Observationum de Alimentis Caput XI.

occurrent Romanii reducerunt dictam quantitatem ad ducatos bis centum de Carolenis, ut legitur in Statuto Urbis cap. 150, ubi Fenzon. n. 31, seclusa verò dispositione statuti non defunt, qui voluerint solidos quinquecentum septingentos aureos nostri temporis & ultra constituere. Treutler. cons. 7, num. 87, ubi quod tales solidi seu aurei, ita considerent, ut viginti septem unam auri libram conficiant. Buratt. dec. 640, n. 4, & bene explicit Rot. in d. Romana fideicommissi de Cosciaris 16, Martii 1648, §. quoque minus vers. cetera omnia coram Eminentissimo Corrado. Ad regulam requisitæ insinuationis \* plures alias limitaciones præter Authorem hic sub n. 8, indicant Jo. Carol. Antonell. lib. 1, d. cap. 34, Carol. Caruf. in sylv. term. d. arb. 9.

Animadvertiso semper quod donatio non insinuata in totum non irritetur, \* sed tantum in ea parte, quæ excedit quingentos solidos Treutler. dicto cons. 7, num. 86, Sperell. dec. 84, num. 50, Buratt. dec. 7, num. 5, & comprobant hic adduci nu. 9, & seq. Rot. in d. Bononien. dotis 28, Junii 1647, §. non obstat coram Meltio. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, dicto cap. 34, sub n. 19, vers. 9, & 10, Carol. Caruf. in sylv. term. arb. 9, n. 8, & 9.

Triginta annorum lapsu insinuationem interveniente \* in donatione præsumitur, Cavaler. dec. 13, num. 11, Gratian. discept. 474, num. 12, & seq. limitat autem. Barbos. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 13, sub num. 22, vers. si fiat tamen. Sperell. dec. 10, n. 10, 15, 16, & 17, Spad. cons. 139, nu. 10, lib. 3, Buratt. dec. 7, num. 9, & dec. 584, num. 15, Carol. Caruf. in sylv. term. arb. 9, nu. 28, & 29, Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, cap. 34, num. 35, & seq. Leoncill. de privileg. pauper. 91, num. 4, & seq. part. 2.

Eadem quoque limitatio militat in donatione facta ob ingressum in Religionem, \* quæ etiam per viam renunciationis emanata insinuationem non requirit. Manent. cons. 58, n. 18, & per totum, Buratt. dec. 461, num. 1, & per totum, Gratian. discept. 975, n. 33, ubi tamen contrarium sustinere inutiliter contendit Carol. Caruf. in sylv. term. arb. 9, n. 76, & 77, ubi tamen male distinguunt inter factam ante susceptum novitatem habitum, & emanatum, eo jam suscepto Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, cap. 34, n. 37, Rot. coram Royas dec. 140, nu. 3, & 4, ubi reprobat Duran. dec. 121, Orthobon. dec. 10, n. 48, & in Romana fideicommissi de Cosciaris 16, Martii 1648, §. insinuatio autem: quæ quidem resolutio Rotæ emanavit in causa, quo puella renuncians adhuc Monasterium ingressa non fuerat, ut ibidem legitur §. firmata igitur. Unde necessario rejecta convincebatur distinctio inter renunciationem fecutam ante susceptionem habitus Religiosi, & factam intra annum novitatus, quam amplexa fuerat Rot. in Romana successionis de Comitibus 23, Junii 1642, §. verum dicebant, & §. sequenti coram Duñozetto, duplice affignant rationem, alteram quia dicitur donatio, seu renunciatione ob causam scilicet ingressus in Religionem, alteram quia censetur actus resolvibilis ut potius in causam mortis, quam inter vivos, & idem non irrevocabilis.

Ulterius insinuatio non requiritur in donatione facta ex causa matrimonii \* non quidem in genere, sed certi in individuo, Gratian. discept. 984, n. 25, Michalor. de duabus fratribus, p. 1, cap. 20, n. 21. Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 1, cap. 34, n. 58, Rot. dec. 58, num. 51, & seq. part. 6, recent. Ferentill. ad Buratt. dec. 924, n. 17, latissime examinat. Altograd. cons. 7, n. 8, 30, seq. ac per tot. lib. 1, Staibani. reol. 22, n. 19, Jo. Franc. Andr. controv. 155, per totam, ubi quæstionem prædictam hinc inde examinat, & indecisam re-

linquit Thomat. dec. Macerat. 77, num. 8, & 9, Giurb. obser. 38, num. 12, & per totam. Incertitudo demum rei donatæ circa illiquiditatem valoris \* onus insinuandi removet Spad. 11, cons. 235, n. 13, lib. 2, Buratt. dec. 640, n. 4, & bene explicat Rot. in d. Romana fideicommissi de Cosciaris 16, Martii 1648, §. quoque minus vers. cetera omnia coram Eminentissimo Corrado. Ad regulam requisitæ insinuationis \* plures alias limitaciones præter Authorem hic sub n. 8, indicant Jo. Carol. Antonell. lib. 1, d. cap. 34, Carol. Caruf. in sylv. term. d. arb. 9.

Triginta annorum lapsu insinuationem interveniente \* in donatione præsumitur, Cavaler. dec. 13, num. 11, Gratian. discept. 474, num. 12, & seq. limitat autem. Barbos. de univers. jur. Eccles. lib. 3, cap. 13, sub num. 22, vers. si fiat tamen. Sperell. dec. 10, n. 10, 15, 16, & 17, Spad. cons. 139, nu. 10, lib. 3, Buratt. dec. 7, num. 9, & dec. 584, num. 15, Carol. Caruf. in sylv. term. arb. 9, n. 94, ubi cum lapsu temporis obseruantiam donationis, & possessionem donatarii requirunt Rot. in d. Romana fideicommissi de Cosciaris 16, Martii 1648, vers. præterea si fuisse coram Eminentissimo Corrado: & in Beneventana manutentionis 9, Junii 1649, §. nec refert defectus coram Peuntingero, & in Bononien. indemnitatis 22, Maii 1651, §. placuit enim vers. & cessat in præsenzi Albergato.

Inter alios casus in quibus donatio insinuationem non desiderat ultimo loco commemorat donationem \* pauperibus factam pro alimentis n. 15, eandem conclusionem firmat Leoncill. de privil. pauper. 91, n. 11, part. 2.

## CAPUT XII.

## SUMMARIUM.

1 Principes supremi concedunt moratoria debitoribus. Amplia ut num. 2. Ex causa publicæ utilitatis creditorem posteriorem præferi anteriori n. 18. Fallit ut n. 19.

3 Moratoria fideicommissoribus regulariter non proficit, si concedatur debitoribus principalibus. Sed fallit n. 4, & n. 5, & n. 6, & num. 7. Quando non operetur n. 8. Concessa ex conventione fortius operatur n. 9. Non impedit versum interesse n. 13. Fallit ut n. 14. Incipit currere à die concessionis n. 17.

10 Moratoria impetrans tenentur cavere de solvendo ea finita, vel præstare juratoriam cautio-nem, si non inveni fidejussiones n. 11.

12 Moratoria renunciari potest.

15 Clericus in concessione moratoria, an sit remittendus judicii Ecclesiastico.

16 Debitor ex causa alimentorum convenitur, & exequitur non obstante moratoria.

20 Prius, & posteriori non datur in codem instru-mento.

S upremi Principes debitoribus adversus cre-ditores moratoria, & dilationes ad solven-dum

dum regulariter concedere \* solent, si illi ultra Imperatorem, Papam, & Reges Superiorum non recognoscant ex cumulatis per Guilhelm. Anch. de *re script.* & *morat.* concl. 11, n. 5, Leonicill. de *privileg.* pauper. 84, n. 1, & 3, part. 2, Carol. Carus. in *silv.* termin. arb. 1, à num. 35, ad 39, Sanfelic. dec. 305, in addit. Fenzon. ad *statut.* urb. cap. 161, n. 21, Arias de Mef. var. *resolut.* lib. 3, cap. 41, n. 26, Leotard. de *usur.* q. 85, n. 1, Jo. Carol. Antonell. de *tempor.* legal. lib. 2, cap. 62, n. 25, Salgad. in *Labyrint.* credit. part. 2, cap. 30, n. 2, Jo. Ant. ab Eccles. *observ.* 123, n. 7, lib. 1, Morot. in *Apolog.* pro Magistr. Pedem. sub n. 18, vers. Ego sane Donad. de *renunciat.* cap. 28, n. 87, & 88, Gallarat. de *renunciat.* 196, n. 1, Stai- ban. jun. de *intereſ.* lib. 1, quæſt. 2, n. 55, & seq. alios cumulat Auctor hic n. 1, & 2, ubi quod id quoque procedat etiam ex *conſuetudine*\* quoad debita jurata, tametis de rigore juris non videatur subsistens. Salgad. in *Labyrint.* credit. part. 2, cap. 30, n. 14, Jo. Ant. ab Eccles. d. *observat.* 123, n. 14, 17, & 18, lib. 1, Carol. Carus. in *silv.* term. arb. 1, n. 62, Fenzon. ad *statut.* urb. cap. 161, n. 44, latifissimè prosequitur, Guilhelm. Anch. de *re script.* & *morat.* concl. 30, n. 16, 20, 21, & per totam. Donad. de *renunciat.* cap. 28, à num. 119, ad 127, Author hic n. 24, ubi quod Magistratus dilatio- nes praedictas concedere nequeant, Jo. Carol. Antonell. de *tempor.* legal. p. 2, cap. 62, n. 29. Jo. Anton. ab Eccles. d. *observat.* 123, n. 6, lib. 1, Guilhel. Anch. de *re script.* & *morat.* concl. 11, n. 11, & 12, ubi declarat.

Dilatio moratoria à Principe concessa regula- riter, ordinariè & ex sui natura fidejussores debito- res \* non concernit, nec eis proficit, adeò ut posthabità conceſſione illà ab ipsis debitum principale statim exigi postulativè possit Maur. Aretin. de *fidejuss.* ſect. 9, §. 10, n. 1, & 9, fol. 521, Hering. de *fidejuss.* cap. 27, part. 4, ex n. 76, Grati- an. *discept.* foren. 12, n. 4, Maresc. var. *resolut.* 130, n. 1, & per totam lib. 2, Hodier. ad Surd. dec. 301, num. 2, & 3, infinitos cumulat Guilhel. Anch. de *re script.* & *morat.* concl. 66, n. 3, Rot. apud tract. Duard. de *censibus* dec. 339, num. 6, Salgad. in *Labyrint.* credit. part. 2, cap. 30, n. 31, seq. & 41, Fantanell. dec. 473, n. 17, 18, & 19, Fenzon. ad *statut.* urb. cap. 161, n. 39, Mart. vot. 44, n. 3, Arias de Mef. lib. 2, cap. 13, n. 14, & ad- mittit Auctor hic n. 4, Jo. Carol. Antonell. de *tempor.* legal. lib. 2, cap. 62, n. 19, Donad. de *renunciat.* cap. 28, n. 94.

Cui quidem regulæ trinam applicant limitationem, prima quando habent moratorium con- demnatio fidejussoris noceret, puta quando con- venti fidejussores regressum haberent contra principale, eo \* quod ifte ad favorem fidejus- sorum renunciavit moratoria impetranda & ulsi contra ipsos. Hoc enim caſu moratoria debitoruſ concessa etiam fidejussori prodeſſet; Gratian. d. *discept.* 12, ex n. 4, seq. &c. ubi quod ita judicavit, & *discept.* 290, n. 40, Graſſ. de *except.* 32, n. 41, Ursil. ad *Afflīct.* dec. 288, n. 1, in fine, cum ad- ductis per Guilhelm. Anch. de *re script.* & *morat.* concl. 66, n. 65, Salgad. in *Labyrint.* credit. p. 2, cap. 30, n. 43, & 44.

Limitatio secunda est quando fidejussor non renunciavit beneficio cedendarum, \* quia tunc utitur dilatione principali concessa, Graſſ. de *except.* 32, n. 43, Maur. de *fidejuss.* ſect. 9, §. 10, n. 14, cum adductis per Salgad. in *Labyrint.* credit. part. 2, cap. 30, n. 4, Noguerol. *allegat.* 15, n. 50, Olea de *ceſſion.* jur. tit. 6, quæſt. 2, sub num. 20,

vers. tamen ubi debitori; dum generaliter fir- mant moratorium fidejussoribus suffragari quo- ties iftis contra principalem regresſus compete- ret.

Tandem pro nunc limitatur conclusio ubi vel obligatio conſtituit in faciendo ratione individui- tatis, & mutui præjudicii debitoris, quia tunc etiam fidejussori \* dilatio conſessa principalis proficia exiſtit. Marescot. d. *refol.* 130, n. 1, & seq. lib. 2, Scac. de *judic.* lib. 2, cap. 7, n. 392, & optimè declarat Geneca de *script.* privat. lib. 3, tit. an dilatio quæſt. 1, n. 12, fol. 166, Guilhelm. Anch. de *re script.* & *morat.* concl. 66, n. 62, Salgad. in *Labyrint.* credit. part. 2, cap. 30, n. 45, vel quando creditores agunt contra feſteſtrarios bonorum debitoris \* quos ifti defendere poſſunt ratione ſui præjudicii, ne interim pendente moratoria vendantur eorum bona, Gratian. d. *discept.* 12, n. 13, Surd. dec. 301, per totam: ubi Hodier. n. 1, Monac. dec. Florent. 49, n. 10, in fine, Salgad. in *Labyrint.* credit. part. 2, cap. 30, n. 46, plures alias limitationes circa hujusmodi regu- lam, quod moratoria principali conſessa non o- piruletur fidejussori cum ampliationibus ex pro- pofeo, & poſt alios examinat Guilhel. Anch. de *re script.* & *morat.* d. *concl.* 66.

Quibus verò, & quot in caſibus moratoria ob- privilegium rei \* perfonarum cauſae crediti non operatur à n. 5, uſque ad 19, & n. 22, hic Auctor inquirit, & præter ibi congeſtos examinat Leo- tard. de *usur.* q. 32, n. 14, & Fusius q. 85, per tot. Guilhel. Anch. de *re script.* & *morat.* tot. volum. & ſignanter à *concl.* 20, uſque ad *concl.* 48, Jo. Carol. Antonell. de *tempor.* legal. lib. 2, cap. 62, per totum, Altograd. conf. 95, sub n. 11, vers. tum etiam quia lib. 1, ubi quod cefſet moratoria ubi de cauſa di- totis agitur favore mulierum, Donad. de *renunciat.* d. c. 28, à n. 141, ad 149, ubi tamen diversificat in hoc moratorium confeſſam à Principe à conven- ta \* à creditoribus ſeu à majori eorum parte, & iſtam fortius ligari, & extendi etiam ad privile- giatos concludit, Jo. Ant. ab Eccles. d. *observat.* 123, n. 15, 20, & seq. lib. 1, Zacc. ad Gall. de *Cam.* oblig. q. 19, n. 16, ubi quod dilationes, ſeu morato- riae debitoribus in forma Cameræ obligatis non proſciant, Carol. Carus. in *silv.* term. arb. 1, n. 28, 33, & seq. & à n. 47, ad 60, Salgad. in *Labyrint.* credit. p. 2, c. 30, à n. 13, ad 30, Staiban. jun. de *intereſ.* lib. 1, q. 2, n. 59, & 60, ubi quod moratoria locuti non habeant in dote nec in deposito quod repetit lib. 2, q. 14, n. 32, Merlin. de *pignor.* ac *hy- potec.* lib. 4, tit. 5, q. 136, per totam.

Moratorium impetrans regulariter fidejusſio- nem praefare obſtringitur de ſolendo finita dilatione latè Salgad. in *Labyrint.* credit. p. 2, c. 30, n. 6, cum pluribus seq. ubi iftud ampliat, etiam in *re scripto* Principis cautio appareat omiſſa, dummodo petatur. Jo. Anton. ab Eccles. d. *observat.* 123, n. 10, & 11, ubi quod Princeps de plenitude po- teſtatis concedere poſſit dilationem abſque one- re fidejubendi, dummodo ſe ſubſcribat lib. 1, Leonicill. de *privileg.* pauper. 84, n. 7, p. 2, latifissimè Guilhel. Anch. de *re script.* & *morat.* concl. 49, ex n. 1, & per totam: ubi inſuper quod requiratur pe- titio, & vix Princeps fidejussionem remittere va- leat n. 78, 103, 104, & seq. Donad. de *renunciat.* d. c. 28, n. 104, ad 113, Fenzon. ad *statut.* urb. d. c. 161, n. 13, & 14. Si autem facta diligenter requi- ſitione propter inopiam habentis dilationem ad ſolwendū fidejussores non invenerit, per jura- toriam cautionem \* huic obligationi ſuſcien- ter ſupplebit ex copioſe relatis per Guilhel. Anch.

## Observationum de Alimentis Caput XII.

Anth. de *re script.* & *morat.* concl. 49, n. 217, 218, & seq. Fenzon. ad *statut.* Urb. cap. 161, n. 17, & 18, Donad. de *renunciat.* d. cap. 28, n. 113, vers. si non invenerit. Jo. Carol. Antonell. de *tempor.* legal. lib. 2, cap. 62, n. 26, & hanc conſuſionem amplectitur poſt alios Author hic n. 19. Leonicill. de *privileg.* pauper. 84, n. 8, part. 2.

Et ſuppoſito quod moratoria renunciari poſſit

<sup>12</sup> \* ſicut admittunt, Gallerat. de *renunciat.* 196, n. 3, cent. 2, ubi non tam de impetratis, quam de impetrando, Guilhelm. Anth. de *re script.* & *morat.* concl. 26, n. 1, & per totam. Donad. de *renunciat.* d. cap. 28, sub n. 183, vers. altera opinio. Cùmque noſtri temporibus renunciations fiant moratoria tam impetratis, quam impetrando fruſtra quereretur, num renunciatio trahatur etiam ad futuras dilationes obtentas per debitores poſt renunciationem, quam quæſtionem examinat, Bardellon. conf. 30, ad quem Auctor ſe remittit hic quum. 20.

Moratoria à ſupremo Principe confeſſa oblationem in minimo redoleat, ſed dilationem me- ram importat. Hinc igitur ſicuti per illam capitālis dumtaxat \* ſolutio diſſertat, ita cursus uſu- raruſ intereſſe, & annua präſatio exinde quo- modoblet debita non impeditat latifissimè poſt alios, Guilhelm. Anch. de *re script.* & *morat.* concl. 63, à n. 36, ad 55, & à n. 232, ad 247, ubi ſingulariter limitat quoad intereſſe lucri vel dan- ni tanquam ex mora ſolummodo präſtandi, & inſra latius poſeſt utrumque ad finem conſuſionis präſertim num. 300, Salgad. in *Labyrint.* credit. part. 2, cap. 30, num. 49, & 50. Donad. de *renunciat.* d. cap. 28, n. 149. Leotard. de *usur.* diſta quæſt. 85, à n. 18, ad 31, ubi plures cauſe reſcenſet, & optimè declarat, cuius ſcripta reaſumpſit, Staiban. jun. de *intereſ.* lib. 1, quæſt. 2, ex num. 71, ad 66, & tangit Auctor hic num. 21. At ſi con- cedantur induciae per creditores \* non currunt uſuſe lucri ceſſanti, ceteræ autem ex conventione, aut damno emerenti debentur, Salgad. in *Labyrintib.* credit. part. 2, cap. 30, num. 51. Guilhel. Anch. de *re script.* & *morat.* d. *concl.* 63, n. 129, & latius à num. 329, uſque ad 346, ubi videtur inclinare in eam opinionem quod non niſi intereſſe conuentum, ſeu ex conventione debituſ präſtantur, ubi aliud in confeſſione dilationis non fuerit proviſum, aut ex conjecturis colligatur, Leotard. de *usur.* d. q. 85, à n. 32, uſque ad finem. Auctor hic n. 21, qui ſimpliciter loquitur ſeu tantum in moratoria à Principe confeſſa. Inter quos creditores ſi adiſit Clericus \* an fit iudi- ciſ Eccleſiaſtico remittendus declarat, San-Felic. dec. 305, per totam.

Deveniendo nunc ad materiam, de qua principaliter agitur; juris indubitaffimi eſt alimenta ſub dilatione debitoruſ confeſſa, non compre- hendi, ſiquidem eā non obſtante \* ad confeſſionem alimentoruſ agitur, ut præter hic cumulatoſ n. 23, comprobant Surd. dec. 323, n. 9, ubi de alimentis quæ präſtantur pendente iudicio, quem ſequuntur Gratian. diſcept. 236, n. 51, & 52. Hodier. ad Surd. d. dec. 323, in princip. Mart. tom. 1, ſi novis. tit. dilatio cap. 47. Salgad. in *Labyrint.* credit. p. 2, cap. 30, sub num. 23, vers. Aut ex cauſa alimentoruſ. Guilhel. Anch. de *re script.* & *morat.* concl. 40, n. 26, & 28.

Illiſo ac moratoria conceditor ad präjudicium impetrantis \* currere incipit, in odiū verò creditoriſ non niſi à die ſecutæ interpellationiſ ante quam agere nullatenū impediſebatur, Arias de Mef. lib. 3, cap. 41, num. 26, & 27. Carol.

Carus. in *ſylv.* term. art. 6, num. 20, & sequen-

Publicæ utilitatis ex cauſa Princeps poſtero- rem creditorem anteriori \* präferre valet, ut admittit Auctor hic num. 27. Buratt. dec. 715, num. 1, & faciunt tradita per Acoſt. de privi- leg. credit. ampliat. 2, ferè per totam; hoc ta- men non procederet quoad creditoreſ diversæ jurisdictioniſ \* inter quos militat quoque regula

prior in tempore, poſtor in jure, Alex. conf. 31, ſub num. 8, vers. Sed in caſu noſtro & 9, lib. 1. Rot. dec. 228, n. 33, & seq. part. 8, & dec. 131, n. 27, part. 9, tom. 1, recent. Merlin. de *pignor.* & hy- potec. lib. 4, tit. 1, quæſt. 36, n. 9. Quæ tamen regula non militat in eodem instrumento, \* ac- tuu, aut testamento, in quibus non datur prius, & poſterius, ſed omnia ſimil, & ſemel eodem momento vires uſcipiunt, ac perficiuntur, dixi allegat. 79, numer. 1, lib. 3. Rot. coram Merlin. dec. 792, num. 21. Merlin. de *pignor.* & hy- potec. lib. 4, quæſt. 3, num. 14, 17, & 18, & poſt tract. dec. 71, num. 8, reperita dec. 161, num. 6, part. 9, tom. 1, recent. & dec. 147, num. 8, apud eundem, Merlin. de *pignor.* & in Roman a dotti 11, Februario 1656. §. neque ſciam Bevilaka.

## CAPUT XIII.

## SUMMARIUM.

<sup>1</sup> Sequeſtrum omni jure prohibitum eſt. Fallit ubi extat conſuetudo in contrarium num. 2. Conceditur quando neutra ex partibus poſſet num. 3. Conceditur in gradu appella- tionis ob periculum dilapidationis num. 4. Dicitur quod provenit ex decreto iudicis numer. 5. Voluntarium verò quod fit de partiū conſensu num. 6. Laico, ne ſolvat Cle- rico à judece ſeculari fieri poſteſ numero 7. Non reſoluit niſi finita lite num. 8. Cautione idonea fieri impeditur, & factum re- moveetur numero 9. Juratoria cautione non tollitur num. 10. Declara ut num. 11. Non tollitur per cautionem ſtante obligatione Ca- merali num. 13.

<sup>12</sup> Obligatus in forma Cameræ pro condemnedo habetur.

<sup>14</sup> Debitoruſ debentur alimenta ex fructibus ſe- queſtratis.

<sup>15</sup> J udicij à ſequētris minimè inchoanda tri- tum, ac vulgate präexistit; Ideo ſequētrum \* omni jure prohibitum poſt alios com- probat Auctor hic à principio cum numeris ſequentiibus allegat. 124, numero 61, lib. 3. Thomat. decis. Macerat. 12, numero 7. & ſequen- Georg. Mund. conf. 10, numer. 14, lib. 1. Rot. apud Salgad. in *Labyrintib.* credit. decis. 11, numer. 9. Joan. Baptista Antonell. conf. 9, numer. 3. Buratt. dec. 133, num. 11, & dec. 904, num. 4. Galupp. in *prax.* part. 2 cap. 3, n. 10.

Si tamen adiſit stylus, conſuetudo, aut ſta- tutum, quod ſequētria \* etiam in principio con- cedantur, obſervari debet, Cyriac. con- troverſ. 494, numero 10. Joan. Baptista Anto- nell. conf. 9, numero 9, & 10. Sicuti ab ini-

to ſequētrum conceditur \* etiam in pro- phanis, quando neutra partium poſſidet, vel ſaltem turbida eſt illorum poſſeffio donec de

bono jore interim cognoscatur, Gratian. diſcept. 402, numero 15.. Rot. coram Duran.

dec. 243.